

## DE HALBERSTADII PRINCIPATV.

XLVII. *Caspar SAGITTARII* Historia Halberstadiensis per singulos Episcopos, *Ienae* 1675. 4t.

*Solus, qui ab origine ad finem descripsit historiam hanc, meretur commendari.*

XLVIII. *Guil. BVDÆVS*, Archiater Episcopi Halberstadiensis, vom Leben und Thaten Herzogs Alberti zu Braunschweig, des 29sten Bischoffs zu Halberstadt, *Halberstadii* 1624. 4t.

*Liber rarus, neque Sagittario, neque Herzio visus, erudite ac solide scriptus est, qui singularia plura habet, iura Episcopatus in Quedlinb. egregie monstrantia. Sed posterior eius tomus MSC. latet.*

XLIX. *Melchioris NEOFANII*, Pastor. Brunsvic., Catalogus Episcoporum Halberstadiensium ad an. 1585. ab origine vsque Seruestae 1586. 4t.

*Carminibus heroico scriptus est liber. Sed verborum maior ac rerum cura est talia scribentibus. Generales scriptores, Cranzium, Chytraeum, in prooemio laudatos, & Magdeburgicos, non repeto. MSC. Iob. Winigstadii; & Georgii Torquati laudat Sagittarius.*

## DE MINDENSI PRINCIPATV.

L. *Iob. CRVSII* Chronicon Mindense, *Mindae* 1675. 4t.

*De patria sua praeclaris scriptis meritus est auctor, Syndicus quondam ciuitatis, scripsit etiam de iure Mindensi. (\*)*

LI. Anonymi Chronicon Episcoporum Mindensium ab an. 780. ad an. 1474. in Meibomii Tom. I. Rer. Germ. p. 349. extat.

*Westphalicos annales praetereo, hic consulendos pariter.*

## ACTA REGNI PORVSSIAE (\*\*\*) CONSTITVTI.

LII. Opuscula huius argumenti a diuersis lucubrata figillatim recenset auctor anonymus des Auszugs der

Z 3

Schrift

(\*) Sed Crusium Syndicum ab illo auctore differre, intellexi. Licet huius chronicon ipse Bunemannus, qui Mindenses annales promisit, fateatur se non vidisse, dubitetque, num editum sit; an vero promissum tantum?

(\*\*) Singularia plura, quo animo Poloni acceperint noui regni